



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

I An sacerdos panem [con]secrans teneat[ur] sumere pane[m]
[con]secratum

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

Solo. In illo casu licet grauius tñ peccat presbyter criminofus qđ celebrare simulat z nō celebrat qđ si celebrat. Proius itaq; falsa remedia sunt abijcienda que sunt veris periculis grauiora.

Art. ij.

¶ Resoluit octo dubia que occurrunt circa panem psecratum siue corp^o christi ante sumptionem eius.

I

Solo.

Utrum sacerdos consecrans panem teneatur sumere

Quotiens sacerdos consecrat tenetur ipse sumere.

ij

Solo.

Utrum in predicto casu teneatur semper totum sumere

Non semper tenetur. Si em sacerdos psecret plures hostias p viatico infirmorum reservandas, vel pro alijs tunc disponēdas non tenetur nisi vnam sumere. Si etiam aliquis sub missa incideret in infirmitatem vbi immineret periculum mortis et non haberetur alia hostia psecrata debet sacerdos illam hostiā (quā ipse sumpturus erat totam) diuidere z infirmo partem tribuere. Si etiam post sumptionem sanguinis christi z abluſionem reperiretur aliqua notabilis particula hostie consecrate vel rota hostia psecrata, tunc illa particula seu hostia reservari debet z non pro tunc sumi, vt infra tangetur

iii

Dubiū

Solo.

Quid agendū sit si deſpiciantur alique particule sup corpore, palla vel patena, que de hostia psecrata sunt resolute

Diligenter recolligantur z sumantur cum hostia sumenda, vel cum sanguine ante sumptionem abluſionis.

iiii

Solo.

Quid agendū sit si ppter frigus aut aliā causam accidentales hostia vel pars eius ceciderit in calicē de manu sacerdotis.

Si tota hostia inciderit nihil iterandū est, sed obseruatis ceteris obseruādis sumatur simul cū sanguine. Si vero pars aliqua in manu remāserit frangatur illa, z pars vna mittatur in calicē, z procedatur vltterius more consueto

v

Solo.

Quid agendū sit si ceciderit hostia psecrata vel pars eius supra terram, vel lapidem vel pannum, vel aliud consimile.

Statim reuerenter leuetur z reponatur illuc vnde cecidit, pqraturq; diligēter si alique particule de hostia resolute ibi remāserint, que p similitur leuentur. Deinde locus vbi hostia iacuerit radatur, z abrasus cōburat, cineresq; in sacrario reponant.

Et si locus nō possit puenienter statim radi, circūſigneſ z cooperiat ne pedib; tangatur donec cōmode radi possit. Si vestro sup pannū, vestem, vel aliud hmoi ceciderit valde diligēter excutiat, pars illa vbi iacuit sup corporeale vel patenam.

Poterit insup lauari, z aqua lotionis in piscina mitti. Et vbi occurrerit casus q; sacerdos nō posset conueniēter vel sine graui scandalo leuare, vel si esset periculum in mora vt timeretur q; animal brutum aut puer sumeret, vel pedib; pcularetur vel aliud huiusmodi immineret, tunc debet reuerenter leuari a ministrante vel aliquo alio etiam laico si non assit alius sacerdos et porrigi ad manum celebrantis.